

et etiam Rabi Moises Egyptius, et  
multi alij; Omnes Aristotelis textus ab  
eo audierunt; quem multoties in suis  
Comentarijs citaverat Averrois, Mor-  
tuis est autem iste, qui totius heresie  
causa est, anno quingentesimo septuagesimo  
prima in Civitate Sicilie &.

De Jonu Zohar, vel Zor.  
Jonu Zohar, vel Zor, qui Rasus dicitur,  
qui supra dicti Jonu Zohar filius fuit,  
hic a patre medicinam addidit, et fuit  
vir doctissimus, et prestantissimus  
in vita sua, & maxima ei fuerant divitiæ.  
Quando autem venit Mansor Pontifex,  
et Rex Marochi in Beticam, secum  
duxit hunc Rasum in Medicum; eumque  
magna afficiebat veneratione, et venerabatur.